Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



103

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum / magnus
et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
Domine deus virtutum quis similis tibi potens es domine /
et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestatis maris / motum autem
fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut vulneratum superbum /
in brachio virtutis tuae dispersisti inimi
cos tuos.
Tui sunt caeli et tua est terra / orbem
terrae: et plenitudinem eius tu fundasti /
aquilonem et mare tu creasti.
Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt /
tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua et exaltetur dextera
tua / iustitia et iudicium preparatio sedis tuae.
Misericordia et veritas praecedant faciem tuam /
beatus populus qui scit iubilationem.